

ris ab eo qui eas complere tenetur facta scilicet ab eo pro
missione de soluendo. Ita in specie tradunt Sal. in l. si fi-
jus. ff. ad Maced. & alios refert Rot. Genuen. in deci. 2.
p. 10. & accedit Soc. Sen. in consil. 64. n. 6. ver. capio nunc
tertium. lib. 3.

*Creditori solutum atque satisfactum, quan-
do presumatur.*

S V M M A R I V M.

- 1 Solutum creditori cur non presumatur.
- 2 Solutionem allegans probare debet.
- 3 Soluisse presumitur debitor, quando per multos annos creditor
exactionem distulit.
- 4 Tempore qui liberatur, similis est ei, qui satisfacit.
- 5 Temporis cursus, actionem tam personalem quam realem tol-
lit.
- 6 Tacens diu, iuri suo dicitur tacite renunciare.
- 7 Consentire dicitur, qui longo tempore patitur.
- 8 Solutionis instrumentum amissum esse, quando creditur debi-
tori.
- 9 Scripturas deperditas, statim per iuramento, furto per testes
probat.
- 10 Civitatis direptione probata, amissio rerum mobilium probatur
coniecturis.
- 11 Solutum creditori presumptio est, qui bona debitoris sui affinitate
conuncti administravit. & exactionem diu distulit.
Idem si redditus debitoris perciperit, sibi eum soluisse presump-
tio est. num. 12.
- 13 Creditor administrator bonorum debitoris sui, presumitur
suam exegisse, si presertim inventarium non conficiat ibi-
dem.
- Et alias in rebus suis diligens sit. num. 14.
- 15 Persona qualitas plurimum considerabilis, ad probandum, vel
presumendum animum aliquid facientis.
- 16 Creditor egregie quantitas, bona debitoris administrando co-
ferens magnam pecuniarum summam ad negotium aliquid con-
ficiendum, ex bonis debitoris fecisse presumitur, nisi aliud ap-
pareat.
- 17 Creditor ex administratione bonorum debitoris sui aliquam de
biti partem consecutus, presumitur, & reliquum sibi soluisse
se.
- 18 Agnitio partis, arguit agnitionem totius.
- 19 Solutum creditori presumitur qui diu petere extrajudicium di-
stulit, vel etiam in ius debitorem vocare, cum facile posset.
- 20 Iudicium subterfugiens presumitur de iure suo distulisse.
- 21 Creditorem esse, verosimile non est, qui longo tempore nihil ab eo
quem debitorem asserit vel herede illius, petit.
- 22 Creditori diverse summe, & quantitates qui fidem debitoris in
temi summa sequi renuit, presumitur etiam pro maiori satis-
factum.

P R A E S U M P T. CXXXV.

Cum dubitatur an creditori solutum, & satisfactum
sit, pro regula est statuendum, non presumi solum
tum, cum solutio sit quid facti, quod non presumitur. l.
in bello. §. facta. ff. de capt. & postlim. reuerf. & copiose
dicemus in lib. 6. in præsumpt. 18. Et ideo qui solutionem
allegat, eam probare debet. l. 5. o. ff. de proba. Bal. in col.
408. Tenor. col. 1. lib. 5. & Crau. in consil. 213. n. 1. Rece-
ditur tamen ab hac regula coniecturis, & presumptionibus,
que sufficiunt ad demonstrandum solutionem, & sa-
tisfactionem, vel rei restitutionem.

Prima est coniectura, ducta à temporis diuturnitate,
quando scilicet creditor distulit solum multos annos petere
credutum. Nam tunc temporis cursus, & præscriptione, pre-
sumitur debitor soluisse, atque ita liberatum fuisse ab ip-
so creditore. Nam qui tempore liberatur, similis est ei,

qui satisfacit. l. si popillus, §. vt. ff. de administr. tutor.
cum temporis cursus tollit actionem personalem, & rea-
lem. l. sicut. & l. omnes. C. de præscr. 30. vel 40. annor. c. il-
lud. & c. ad audientiam. de præscr. Et qui tam diu tacet,
dicitur tacite iuri suo renunciare. l. apud eum. ff. de cō-
sibus & l. si eo tempore. C. de remiss. pign. iuncta l. eū in
plures, §. locator hotrei. ff. locati. Et qui longo tempore
patitur, consentire dicitur. l. pen. C. communi. diuid. & l.
solemnib. C. de rei vend. & tradunt Dyn. in l. alienatio-
nis. de verb. sign. & Alex. in consil. 39. col. 3. li. 3. quos ad-
rem hanc commemoravit, dum coniecturam hanc fecit
Afllic. in dec. 13. n. 2. & multis sequentibus. Et eadē coniec-
turam præter Afllic. probantur Comens. in consil. 90. Visa
copia præcepti. col. 2. versic. pari autem, & fortiori
& c. Alexan. in consil. 115. num. 4. versic. puto igitur. lib.
7. Coro. in consil. 177. num. 3. versic. ideo non est absonum.
lib. 4. Calcan. in consil. 23. num. 9. versic. non enim est ve-
rosimile. Dec. in consil. 596. num. 9. in fine. Paris. in consil.
103. num. 27. lib. 1. & in consil. 137. num. 12. lib. 4. Neviz.
in consil. 57. num. 7. Alciat. in resp. 139. in fin. secund. im-
press. antiq. Lugdun. Crauet. in consil. 148. in fin. Bertaz.
in consil. 118. num. 6. num. 19. & 11. in civil. b. Cepha.
in consil. 240. num. 9. & in consil. 287. num. 32. lib. 2. Simon
de Præcis in consil. 20. num. 1. 2. & 3. Vinc. Franc. in decif.
361. in fine. Mascard. in tract. de prob. in conclus. 138. nu-
27. Io. Pet. Surd. in decif. 103. num. 4. Pedrocha in consil.
3. num. 71. & num. 73. Honded. in consil. 39. nu. 71. & 73.
lib. 3. ego ipse in consil. 121. num. 98. lib. 2. & consil. 457. n.
1. lib. 5. Nec repugnat quod scribit Rota Rom. in decif.
788. nu. 12. in 1. par. in nouiss. edit. cum dixit, quod sola
tarditas creditoris in non petendo creditum non sufficit
ad presumendum solutionem, alias (inquit Rota) præ-
scriptio esset frustratoria. Nam respondetur, Rotæ repu-
gnare receptissimam doctrinam sententiam sup. relata. Et
ratio, qua vitatur Rota, verè mihi non videtur, cum ma-
gna sit differentia inter presumptionem, de qua agimus,
& præscriptionem, de qua in subsequenti dubitatione.
Presumptio enim versatur circa rem, & actum dubium,
vt hic, an solutio fuerit facta, vel non. Et ideo dicere so-
lemus, quod in claris opus non est coniecturis, & prescrip-
tio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. Præscriptio
verò versatur circa certum, nempe, quod debitum non
fuerit solutum, sed extintum, & sublatum præscriptio-
ne, & cursu temporis. Quocirca scribunt doctores, quod
licet non valeat statutum, quod creditor, qui intra de-
cennium non petierit sibi solui, amplius non audiat, et
ex quo inducit præscriptionem pro debitore, qui est in
mala fide, attamen valet statutum, quod creditor non
petens sibi solui intra decennium presumatur ei facta
solutio, cum hæc sit presumptio firmata super dubio. Ita
Comens. in d. consil. 90. col. 2. versic. circa secundum, & Bar-
bat. in consil. 59. l. br. 4. qui Bart. Bald. & alios nonnullos
intelligunt.

Secunda est coniectura, & prescriptio, quando ob cre-
ditoris silentium, & casum euentem, quo scriptura,
& instrumenta fuerunt amissa, verosimile est, quod debi-
tor soluerit, sed instrumentum solutionis amiserit, sicuti
quando debitor probat civitatem ab hostibus direptam,
& scripturas, vel ablatas, vel incendio consumptas. Nam
tunc solum creditur iuramento ipsius debitoris, se amissis in-
strumentum solutionis. Ita Cast. in l. sicut iniquum. C. de
fide instrum. cum dixit, quod probato furto per testes,
tunc statim iuramento partis de scripturis deperditis, &
earum tenore. Et quod probata civitatis direptione quæ
saccomanum vulgo appellant, amissis rerum mobilium
probari possit coniecturis, scripserunt Ang. in l. si quis ex
argent. §. Præ. ff. de eden. & alij multi, quos congesti in
lib. 6. in præscr. 28. & in specie nostra coniecturam hanc fa-
cit Afllic. in dec. 13. n. 9. versic. 2. præscr.

Tertia est prescriptio, quæ creditor administrabat bo-
na

na debitoris sui affinitate coniuncti, & sapiens cum eo
collegabat, reddendo rationem de administratis, & ta-
men diu distulit petere hoc creditum. Hæc sanè coniec-
turam faciunt ipsi creditori fuisse solutum, & satisfac-
tum. Ita coniecturam hanc in specie consideravit Afllic.
in d. decif. 13. n. 10. versic. ad presumendum. Neviz. in co-
sif. 57. n. 6. r. 4. & 15. qui perpendunt tex. l. Proc. ff. de proba-
de cuius sensu, & intellectu plura scripsi in l. 2. de ar-
bit. iud. casu 88. n. 17.

Quarta est coniectura, & prescriptio, quando credi-
tor administravit bona, & redditus ipsius debitoris, at-
que ita potuit sibi ipsi solvere. Est sanè presumendum, quod
sibi soluerit, nec suam iactare voluerit, iuxta l. cum de in-
debito. ff. de probatio. & l. eleganter. §. qui reprobos. ff.
de pig. actio. Ita in specie coniecturam hanc facit Afllic.
in d. decif. 13. num. 13. versic. adducitur quarto, ubi nume-
16. commemorat Ang. in l. sed si damnatum. §. peculiam.
ff. de pecul. dicentem, quod si administrator est creditor
13 quæ eius, cuius bona administrat, presumitur suam exegisse.
Et tanto magis (ubiungit Afllic. num. 17.) coniectu-
ra hæc locum habet, quando administrator non confe-
cit inventarium bonorum sui debitoris. Et hæc qui dem
coniectura multo magis habet locum, quando adese-
nt alia adminicula, quæ retuli in præcedenti coniectu-
ra. Et Afllic. secutus est Crau. in consil. 129. n. 5. & idē ego
respondi in consil. 457. num. 3. Ita etiam Rim. in consil.
402. num. 12. Mascard. de proba. conclus. 138. num. 28. &
Bertaz. consil. 118. in civil.

Quinta est coniectura, & prescriptio, quando credi-
tor administrator bonorum debitoris, solet esse in reb.
suis diligens. Nam tunc presumitur, quod fuerit etiam
diligens in sibi ipsi soluendo, & quod fecerit id, quod so-
let facere alij administratores, alioqui diceretur in cul-
pa, vt scribit Bart. in l. si cum venderet. §. vt. de pignor.
Bald. in l. sol. col. 5. C. de testib. & Ang. in l. continuus.
§. cum ita. ff. de verb. oblig. Quæ sanè culpa non presu-
mitur. l. 3. §. si ad diem. ff. de remilit. & tradit Bart. in l.
illa stipulatio si calendaris. ff. de verb. oblig. Hanc con-
iecturam in specie consideravit Afllic. in d. decif. 13.
num. 17. versic. 5. coniectura, iuncta coniectura subsequen-
ti, numer. 18. versic. 6. & ibid. num. 16. multa assert similia
ad demonstrandum, quod qualitas personæ est multum
consideranda ad probandum, vel presumendum actum,
& animum aliquid facientis. Et Afllic. secutus est Cra-
uet. in consil. 126. num. 6. & idem ego respondi in d. consil.
457. num. 5. 6.

Sexta est coniectura, quando creditor egregie quan-
titatis, administravit bona debitoris, & eo tempore ma-
gnam pecuniarum summam ad aliquod negocium con-
ficiendum contulit, nec constat, quod aliunde pecuniam
habuerit, tunc presumitur eam summam sumpsisse ex
bonis debitoris. Ita Afllic. in d. decif. 13. num. 19. versic. 7.
coniecturatur.

Septima est prescriptio, & coniectura, quando con-
staret ipsum creditorem fuisse consecutum partem ip-
sius crediti, retinendo sibi tot ex bonis ipsius debitoris,
& quod potuit alia retinere, ad integram summam sui
crediti, & nihilominus bona ipsa restituit ipsi debitori,
ex hoc presumitur sibi ipsi soluisse totum, integrumque
creditum suum. Ita Afllic. in d. decif. 13. numero 20.
versic. octava, facit hanc coniecturam comprobando il-
lam traditionem Bart. in le. ex duobus. & l. si is cui res. de
18. lega. 2. cum dixit agnitionem partis arguere agnitio-
nem totius. Nec presumendum est (inquit Afllic.) quod
ille, qui poterat sibi totum solvere, partem tantum sol-
uerit, ex quo hoc sibi damnosum fuisse. arg. l. plane. ff.
fam. ercisc. & l. tutor. l. Luc. ff. de vfuris, & idem ego re-
spondi in d. consil. 457. n. 6.

Octava est coniectura, quando creditor diu distulit
petere extra iudicium, vel in ius vocare ipsum debitorem,

cum facile ei fuerit petere, & experiri contra eum, vel e-
ius filios, & heredes. Hoc sanè casu, presumitur de in-
dustria id egisse, vt interim probationes debitoris, solu-
tionis iam facta, perirent. Hanc coniecturam probavit
Afllic. in decif. 13. num. 21. versic. nona coniectura, ea ra-
tione motus, quod iudicium subterfugiens, presumi-
tur de suo iure distulisse. capit. nullus. de presump. cum
alijs ab Afllic. allegatis, & alia plura congesti supra in
lib. 2. presump. 91. Et in specie quoque respondit Paris.
in consil. 83. num. 27. lib. 1. Cum dixit, contra eum pre-
sumi, qui cum assereret se esse creditorem, diu distulit pe-
tere. Et idem Paris. in consil. 137. num. 12. lib. 4. respondit,
non esse verosimile, quod sit creditor talicivus, quando
longo tempore nihil ab eo, quem asserit debitorem, vel
ab eius herede, & successore petijt. Et huc pertinet egre-
gius ille locus M. Ciceronis in Orat. pro Quintio, quem
locum commemoravi in d. presump. 91. num. 7. quo lo-
ci coniecturam hanc in specie probavi. Et confert coniec-
tura prima supra considerata ex præscript. & dixi in con-
sil. 457. num. 1.

Nona est coniectura, quando creditor diuerse sum-
me, & quantitates, noluit pro tenui summa credere, &
fidem sequi ipsius debitoris, sed eam exigit. Hoc etiã ca-
su presumitur satisfactum pro summa illa maiore. Ita
coniecturam hanc facit Afllic. in d. decif. 13. nu. 22. versic.
decimo adducitur.

Est præterea hic obseruandum, quod prædictæ coniec-
tura locum habent quando agitur non de credito re-
centi, & nouo, sed de antiquo, cuius probatio difficilis
est. Ita in specie declarat Afllic. in d. decif. 13. nu. 23. qui
multis comprobatur.

Est etiam obseruandum, presumptionibus probari
solutionem etiam ad impediendum executionem debiti
cameralis. Ita post Socin. Sen. in consil. 57. num. 30. li.
4. & Valefium in tracta. de obligatione camerali par. 1.
q. 3. num. 4. decidit Rota Rom. in decif. 92. num. 1. lib. 1.
in nouissime editis.

*Debitor multis ex causis, quam in causam soluisse pre-
sumatur, diligens, & accurata ex-
planatio.*

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor multis ex causis, presumitur soluisse prius ex causa, que
sub infamia debetur.
Fallit si de causa grauiori ageretur. num. 3.
- 2 Infamiam vnusquisq. vitare velle, præ cæteris presumitur.
Debitor multis ex causis, presumitur soluisse ob eam, que penam
continet.
Item ex causa, que sub hypotheca, vel pignore contracta est.
num. 6.
- Ampliat ad eam, in qua fideiussores dati sunt. num. 7.
- Idem quoq. in causa propria potius, quam aliena. num. 8.
- Similiter in causa antiquiori. num. 10.
- Idem in certiori. num. 12.
- Vel in pura, potius quam conditionali. num. 13.
- Aut dum dubium est, in causam, in quam consuetudine, & mo-
re solui solet. num. 17.
- Et quid si summa soluta vni tantum ex debitis conueniat.
num. 18.
- Vel excedat summam, quam prima causa requirit. num. 19.
- 5 Debitor pænalia tibi duo sunt, solutio facta per debitorem, præ-
sumitur ob debitum, cuius pena non est commissa.
- 9 Consulere rebus suis, prius quam alienis, naturali rationi est con-
sentaneum.
- 11 Debitum antiquius quodnam, aut quomodo censetur.
- 14 Solutum ante conditionis euentum, dicitur habere iactationem
inutilem.
- 15 Debitor in causam vtiliorem soluisse presumitur.

6 Affum facere præsumitur quilibet, eo modo quo sibi potest esse utilior.

P R A E S V M P T. CXXXVI.

Quando multis ex causis quis debitor est, & simpliciter quantitatem aliquam numerat, & non exprimit, quam in causam soluit, dubitari solet, quam ob causam numerasse præsumatur.

Primo est causa, in quam secundum Papinianum, debitor hunc præsumitur soluisse, quæ sub infamia debetur. Nam verisimile est, quod infamiam præ ceteris vitare vnusquisque velit.

Declaratur autem prædicta traditio, ut non procedat, quando ageretur de causa grauiori, sicut illa est, quæ vitam ipsam, vel membri conseruationem respiceret.

Secundo est causa ex ordine Papiniani, in quam debitor soluisse præsumitur, quæ continet poenam. Idem respondit Pomp. in l. 4. eod. tit. et h. Vlp. in l. si quid. in fi. eod. tit. hanc causam postponat nonnullis, quas mox referat.

Tertio est causa potior, quæ (inquit Papin. in d. l. cum ex pluribus) sub hypotheca, vel pignore contracta est. Et illo in loco annotauit Bart. nu. 2. vers. 3. dicitur, id esse, quando pro vna causa dari sunt fideiussores, & pro altera non.

Quarto causa post prædictas habetur potior illa, quæ est propria quam aliena, ut si debeo mea ipsa causa ac etiam causa à me facta fideiussionis, præsumitur, quod soluerim pro mea ipsa causa.

Et idem quod Pap. respondit Pomp. in l. 1. eod. tit. Est. n. maior affectio erga propria, quam erga aliena, sicuti ad rem scripsit Bart. in d. l. cum ex pluribus. n. 2. vers. 4. dicitur, & comprobauit in d. casu 483. n. 7.

Quinto causa existimatur potior à Papin. in d. l. cum ex pluribus. illa, quæ est antiquior. Ita sanè scribit Pap. si nihil eorum interueniat, vetustior contractus ante soluetur.

Sexto præter causas commemoratas à Papiniano, & eius ordinem, alia subscitur causa, quam recenset Vlpia. in l. 1. ff. eod. de solutio. vt. si debitor ex duabus causis, quarum vna est certa, & clara, altera verò in controuersia posita est, solum præsumatur pro causa certa.

Septimo sequitur causa debiti puri, vt in eam potius solum præsumatur, quam in causam debiti conditionalis, vel in diem, sic responderunt Vlpia, in d. l. 1. ff. de solut. lib. aut cuius dies nondum venerat. Et idem Vlp. apertius in l. 3. in fi. eod. tit. & Scæuola in l. ex pluribus. in fin. eod. tit. & ex nostris sic etiam responderunt Barb. in consil. 37. col. penul. vers. si quispiam. lib. 1. & Paris. in consil. 122. num. 8. & num. 11. lib. 4. quos secutus sum in consil. 121. num. 48. lib. 2. Et illis accedit Rota Rom. in d. decif. 82. num. 5. lib. 1. accedit Butr. in consil. 65. vers. nec obstat. qui nec præcitat iura, nec Bart. traditionem commemorat, scribit tamen, in dubio præsumi solum in causam debiti puri, non autem conditionalis, cum solum ante eventum conditionis, iactationem habere dicatur in vtilitatem, quæ non præsumitur, cum de indebitum princip. ff. de probat. & Butrium secutus sum in consil. 121. num. 44. in fin. vbi eiusdem sententia recenset Crauetam in consil. 106. num. 11. & subiunxit eodem in loco num. 45. ex eodem Crauetta post Alexand. præsumi debitorẽ f. soluisse in vtiliorem causam. Ita etiam dicit mus, facientem actum, f. præsumi facere eo modo, qui sibi vtilior esse potest, vt scribunt Bart. in l. gerit. n. 21. ff. de acquir. hered. & Tiraqu. de retractu consan. §. 30. glo. 1. num. 34.

Octauo cum res dubia omni ex parte est, solum præsumitur in causam, fin quam consuetudine, & more solui solet. Ita respondit in d. consil. 141. n. 50.

Nono, quando cessant prædictæ causæ, & soluitur summa, quæ conuenit vni tantum ex multis debitis, in eam solum præsumitur, sic respondit Soc. Iun. in consil. 85. n. 11. lib. 2. Rota Rom. in d. decif. 62. n. 4. in fi.

Decimo in causam maioris summae dixi in dicto casu 493. in fine.

Vndecimo quando maior summa est numerata, quæ requirit prima causa, id quod superest, adscribitur secundæ causæ, ac deinceps ex ordine, vt respondit Papin. in d. l. cum ex pluribus. in fi. ff. de solut.

Duodecimo quando agitur de compensatione, sicuti contingit in casu quo mercator, qui quotidie suis in libris scribit merces, & res quas alicui dat, & pecuniam, quam ab eo in dies recipit. Hoc sanè casu cum non agatur de simplici solutione debiti facta, sed de compensatione est in libera facultate debitoris, in quam parcellat soluerit illas pecunias. Ita egregie Imola in l. 1. in fi. principij vers. item adde, & in l. cum ex pluribus. la. 1. ff. de solutio. quem secuti sunt Alex. in consil. 75. numer. 2. & 3. li. 3. Dec. in consil. 398. in fi. Medic. in tra. de compensationibus in secunda par. q. 29. numer. 8. & Mascardi in Tra. de probationibus concl. 131. n. 4. Et his accedit Socin.

Socin. Sen. in consil. 17. num. 7. lib. 3. Prædictis in casibus declaratio quam facere potest debitor in quam causam soluerit, fieri non potest ex interuallo in præiudiciu tertij, sed debet fieri statim facta solutione. Ita Alciatus in respon. 102. numero 17. Rota Genuensis decifio. 6. numero. 15. & 16. & Rota Rom. in dic. decif. 92. in nouissime editis.

Creditorum damnum sentire præsumi, cum creditum erga vnum in plures debitores paritur.

S V M M A R I V M.

1 Contrahens cum vno, damnum præsumitur pati, si id quod debetur, in plures distribuatur debitores.

P R A E S V M P T. CXXXVII.

Qui cum vno contraxit, eumque debitorem sibi fecit, si deinde id quod debetur in plures distinguatur debitores, damnum creditor sentire præsumitur. Lucas de Penna in l. 3. in præsumpt. 94. Cod. de apochis pub. lib. 10. & Alcia. in tra. de præsumpt. reg. 2. prælu. 33. Confert secundum ipsum Alciat. non solum §. pen. ff. de pecul. vbi compelluntur plures fideiussores constituere vnum procuratorem, ne creditor damno afficiatur agendo cum pluribus.

Huc etiam facit (inquit idem Alciatus) l. in commo. dato. §. si duobus. ff. de com. mo. vbi creditor petere non potest partem debiti, seu crediti, inuito debitore, sed agere debet ad totum, si iudicentis iurisdictione hoc patitur, sicuti illo in loco explicauit Bartol. & egregie annotauit Matthe. in not. 115. Nota, quod si ex certum, qui ob id scribit, sumi posse modum destruendi cautelam Aduocatorum, quam probat Bart. in Authen. qui semel. C. de probatio. cum dixit, quod vbi intentio creditoris probari possit solum modo testibus, cauti aduocati faciunt peti solum modicam partem debiti, et si testes bene probant, residuum petunt, & iterato testes producant, & dicitur tunc melius instructi propter interrogatoria ipsius debitoris. Hac sanè cautela destruitur, quando debitor obijcit, quod pro tota summa conueniri debet. Et ad huius rei comprobationem plura scribunt recentiores in annotationibus ad Matthes. in l. eod. n. 115.

Ad rem quoque pertinet quod docuit Bald. in l. cum eiusdem. ff. de edil. edict.

Huc etiam pertinet, quod docuit Bart. in l. si quis alia. in fin. ff. de solut. & ibidem Castren. nu. 2. duo vendiderant cuidam fundum pacto adiecto, vt is emptor teneretur renuere vsque ad certum tempus. Intra illud tempus, vnus veditorum volebat recuperare partem suam, alter recusabat, nunquid emptor teneatur partem illam renuere, scribunt Bartol. & Castr. quod non, quia emptor ille ab initio non emisit, nisi in solidum fuisset habiturus fundum. Quæ de re copiose admodum post alios differit Ronchegal. in l. eadem, in princ. nume. 64. ff. de duobus reis.

Quando re perempta eo modo, quo apud creditorem perijisset, liberetur debitor. Et inibi, quando præsumatur, quod eodem modo apud ipsum creditorem perijisset, explicatur?

S V M M A R I V M.

1 Solutionis est species, cum re perempta liberatur debitor. 2 Re perempta penes possessorem, eo modo quo apud dominum

peritura erat, in actionibus realibus liberatum censeri possesorem.

Secus est in actionibus personalibus prouenientibus ex delicto. num. 4.

Quid autem in actionibus prouenientibus ex contractu. numero 5.

3 Casus contingens non præsumitur.

6 Rem perituram fuisse eodem modo apud creditorem, quo apud morosum debitorem, non præsumitur.

Distinguendos esse tamen duos casus. nu. 7. & 10.

8 Chasma quid sit.

9 Lex considerat id, quod communiter contingit.

11 Mortalitas, quod dicitur.

12 Infortuna ex locorum mutatione sapissime euitantur.

P R A E S V M P T. CXXXVIII.

Est solutionis species, quando re perempta debitor liberatur. Ea propter agendum hic est, de disputatione illa, quam pertractant interpretes nostri in leg. quod te. ff. de reb. cred. si cert. pet. & in le. nemo re suam. ff. de verb. oblig. quando post commissam à debitore moram, species debita eo modo perijt, quo perijisset eam apud creditorem ipsum, an is debitor sit liberatus? Quæ in re, recepta magis Doctorum sententia est cum Barto. qui præcitat in locis tres constituit conclusiones. Prima quartum est, in actionibus, realibus in quibus sancitū creditur, quod re perempta apud possessorem, eo modo quo erat etiam peritura apud dominum, censeri possessorem illum liberatum, quemadmodum post gloss. in l. item si verberatum. §. vlt. ff. de rei vend. scripserunt Bart. in d. l. quod te. num. 10. ff. si cert. pet. & in d. l. nemo rem suam. §. 1. de verb. obliga. & communem testatur Dec. in d. l. quod te. in vlt. lect. num. 46. Curt. Iun. nu. 31. Cagnol. num. 79. Eandem opinionem secuti sunt Alc. ibid. num. 6. Bellon. lib. 4. sup. iuris cap. 8. Robert. Aurelia. lib. 1. sent. iur. cap. 23.

Et ij quidem omnes moti sunt, ex responso illo Vlp. in dicta l. item si verberatum. §. vlt. dum considerat, an is dominus, qui vendicabat seruum, esset illum distrahturus. Nam si distrahturus erat, apud eum non perijisset, & per consequens possessore, qui moram fecerat, de serui interitu fuisset obligatus, si verò non erat distrahturus, apud eum pari modo perijisset, & propterea possessore fuisset liberatus. Et illa verba Vlpiani, si fortè erat distrahturus, nil aliud significant, quam quod ipse dominus vendicans probare debet, se habuisse paratum emptorem, cui distraxisset, sicque casum contingentem, qui non præsumitur, demonstrat. Quia ex re intelligimus, non satis rectè Curt. Iun. in dicta l. quod te. numero 32. existimasse, ob illam dictionem, fortè, hoc responsum ad rem non pertinere. Eandem quoque sententiam non parum adiuuat l. de eo. §. si post. ff. ad exhib. illum perpendendo, vt docet, & eruditè perpendit Bellonius libro 4. sup. iuris. cap. 8. qui quidem obiectioni Cur. Iun. dissentientis satisfacit. Nec repugnat, quod ait idem Curt. nullam hic adferri posse rationem diuersitatis, inter actiones has reales, & personales, cum tamen in personalibus recepta magis Doctorum opinio sit, debitorem non liberari, quandoquidem præter multas rationes diuersitatis à nostris perpenfas, illa satis acuta, & probabilis est, quam considerauit Robert. Aurelian. libro 1. sentent. iuris. cap. 23.

Secunda est conclusio in actionibus personalibus ex delicto prouenientibus, in quibus interpretum penè omnium est sententia, quod etiam si res erat eodem modo peritura apud creditorem, non tamen debitor ob commissam moram liberatur. Ita Bart. in d. l. quod te. nu. 10. & communè esse testatur ibidem Decius in vltima lectur. num. 46. & secuti sunt alij, quos superiore conclusione recensui, & Tomus Primus. Mm 4 ijad.